INDICES
TITULORUM ET LEGUM
CORPORIS IURIS CIVILIS

UNIVERSA BIBLIOTHECA IURIS

Subsidia

INDEX CANONUM ET LEGUM
TOTIUS
CORPORIS IURIS CANONICI ET CIVILIS

Opera et Studio

INSTITUTI IURIDICI CLARETIANI

ROMAE

INSTITUTUM IURIDICUM CLARETIANUM

UNIVERSA BIBLIOTHECA IURIS

Subsidia

II

INDICES TITULORUM ET LEGUM

Corporis Iuris Civilis

curantibus

XAVERIO OCHOA et ALOISIO DIEZ

C. M. F.

ROMA

Commentarium pro Religiosis

Via Giacomo Medici 3 - 5

1965

NIHIL OBSTAT, *Dr. Aloisius Ciordia*, Censor. IMPRIMI POTEST, *Petrus Schweiger, C. M. F.*, Superior Generalis. IMPRIMATUR, *Dr. Felix Benito y Magaña*, Vicarius Generalis. Calagurri 11 sept. 1964.

DEPOSITO LEGAL: NA. 439-65 NUM. REGISTRO: NA. 146-65

EDITORIAL ARANZADI - CARLOS III, 32 - PAMPLONA

PROLEGOMENA

Indices titulorum et legum Corporis Iuris Civilis alteram constituunt partem «Indicis canonum et legum totius Corporis Iuris Canonici et Civilis», cuius priorem iam edidimus partem sub inscriptione «Indices canonum, titulorum et capitulorum Corporis Iuris Canonici». In usum privatum olim confectos ut auxilium viris praestarent *Universam Bibliothecam Iuris* parantibus, hodie iuris publici reddimus ad instantiam iuris cultorum qui nos fatigarunt precibus ut Indices nostros typis mandaremus impressis.

Utilitas horum Indicum a mutato modo proferendi allegationes iuris romanorum petitur. Dum enim aetatis mediae canonistae et civilistae textus iuris allegabant per titulos et prima verba legum demonstratos, modernae aetatis doctores ipsos textus legales per numeros, Librum, Titulum et legem significantes, exprimere malunt. Inde non levis difficultas reducendi modum antiquorum ab hodiernum usum proferendi Corpus Iuris Civilis. Indices nostri antiquum et modernum modum allegandi simul ostendunt, ut cultores iuris canonici et civilis textus iuris romanorum, passim apud veteres auctores productos, faciliter et absque temporis dispendio possint invenire.

RATIO HUIUS INDICIS

Editiones omnes Corporis Iuris Civilis proprios continent indices modis olim tractandi iura accommodatos, qui tamen non suppetunt, una aliave ratione, methodologiae hodiernae postulatis. Insuficiens enim videtur *solus* Index Titulorum, sicut ille confectus a fratribus Kriegelliis et ab auctoribus editionis criticae Berolinensis, quia plerumque agitur de quaerenda aliqua determinata lege. Index vero legum, non expressis rubricis titulorum, ut ille proprius editionis Gothofredi, parum praefert utilitatis, nam si duae pluresve leges iisdem, ut saepe accidit, incipiant verbis, singulae sunt illae leges necessario consulendae in Corpore legali ut illa desiderata lex inveniri valeat. Nec Indices legum per singulas Corporis Iuris Civilis partes et titulos dispositi, ut illi a Dominico Albanensi digesti, incommodis carent, si quaerenti non statim occurrat Titulus, aut si lex quam forte in uno quaerit Indice, inveniatur in alio, ut non raro accidit iis qui in iure pervolutando parum aut mediocriter sunt versati.

Experientia igitur edocti Indices conficere intendimus qui praedicta vitent incommoda et maximam utilitatem investigantibus offerant.

Seligenda erat in primis editio Corporis iuris civilis iuxta quam procederent Indices. Non deerant argumenta quae unam alteramve ex editionibus vulgatis eligendam commendabant, sed, incommodis et utilitatibus perspectis, editionem criticam Berolinensem a Th. Mommsen et P. Krueger curatam non ambigimus praeeligere. Haec enim critica editio una est communiter recepta, lectiones variantes editionum vulgatarum refert, textum fixum praestat, arbitrarietates et subiectivas interpretationes in seligendis rubricis Titulorum et initiis legum devitat, in manibus versatur omnium iuris cultorum. Ideo praedicta editio critica textum praebet iuxta quem Indices nostri sunt confecti, adeo ut merito vocari possent «Indices Titulorum et legum Corporis Iuris Civilis iuxta editionem criticam a Th. Mommsen et P. Krueger paratam».

Attamen editiones vulgatas omnino praetermittere non licebat, cum iuris periti a saeculo XII usque ad XIX usi sunt editionibus, quas vulgatas in genere dicimus, sive manuscriptis sive typis

excussis. Quapropter Indices nostri etiam colligunt, pro posse, lectiones variantes sive Titulorum sive initiorum legum quae occurrere solent in operibus auctorum Aetatis Mediae quaeque in editionibus vulgatis continentur.

Pateat ergo mens ac propositum nostrum: Indices textui respondent editionis criticae, prae oculis habito texto vulgato.

Dividimus Indices totius Corporis Iuris Civilis in tres generales partes quae tot constituunt Indicum species: I. Index rubricarum omnium Titulorum; II. Index generalis legum iuxta ordinem alphabeti; III. Index specialis per singulos Titulos Institutionum, Digestorum, Codicis et Novellarum digestus.

INDEX OMNIUM TITULORUM CORPORIS IURIS CIVILIS

Continet rubricas omnium Titulorum Corporis Iuris Civilis, i. e., Institutionum, Digestorum, Codicis et Novellarum in duas series, latinam scilicet et graecam, distributas. Singula vero series proprios Titulos *uno* alphabeti ordine disponit.

Titulos latinos ex editione critica desumptos typis ordinariis exprimimus; Titulos vero iuxta textum vulgatum typis italicis seu cursivis significamus, ea tamen arte ut, si lectio varians afficiat prima Tituli verba, utraque lectio: critica et vulgata integre suo loco ponatur iuxta proprium alphabeti ordinem. Addimus semper post textum vulgatum rubricam Tituli editionis criticae typis ordinariis expressam. Post rubricam vero Tituli criticam omittimus lectionem tradere vulgatam, quia nihil aut parum utilitatis afferret finibus quos Indices nostri persequuntur.

Si vero lectio varians inveniatur post prima Tituli verba, rubricae in genere, ratione brevitatis, non repetuntur ex integro, nisi claritas aliud suadeat ob numerum vel qualitatem lectionum variantium. Semper tamen lectiones variantes litteris italicis notamus, signo (v=..) praenuntiatas, et uncis curvis clausas, ita ut rubrica et critica et vulgata clare distingui ac legi possit. Modum obtinendi in his casibus lectionem criticam et vulgatam exponimus in notis quae Indicem Titulorum praecedunt.

Ad *Titulos Novellarum Iustiniani* quod attinet notare oportet fere omnes lingua *graeca* exaratos esse in editione critica, quapropter eos ex integro referimus in Indice Titulorum graecorum. Attamen, cum Novellarum Tituli allegentur semper *latino* sermone, eos etiam referimus in Indice latino Titulorum iuxta rubricas latinas versionis vulgatae propositae ab editione critica R. Schoell et G. Kroll. Si vero editio critica versione vulgata careat, rubricas latinas tradimus iuxta editionem Lugdunensem anni 1562 aut, in huius defectu, iuxta editionem Gothofredi anni 1589. Omnes has rubricas latinas Titulorum Novellarum typis ordinariis tradimus, signo (v=..) minime notatas; variantes, vero, quae apud alias editiones vulgatas inveniuntur, typis italicis signoque (v=..) indigitamus. Numquam vero recipimus nec consideramus versionem latinam ab auctoribus editionis criticae confectam, quia numquam apud veteres doctores recurret.

In ordine alphabeti disponendo negligimus semper et tantum particulam «*De*», quae pluribus Titulis initium praestat. Ne tamen lectores inducamus errorem, eam suo loco exprimimus, sed ordo alphabeti determinatur a sequenti rubricae verbo quod, hac de causa, ad ordinem clare indicandum, littera maiuscula incipit.

Titulos ipsos disponimus iuxta ordinem alphabeti quem de verbo ad verbum dicunt. In Titulis tamen graecis ordinandis omnes ac singulas consideramus initiales particulas et ordinem adhibebus alphabeti quem internum vocant.

Si eadem rubrica Titulorum inveniatur apud varias Corporis Iuris Civilis partes, Titulum *semel* apponimus, sed post communem rubricam indicamus et partes quae illam habent rubricam et numeros Librum et Titulum referentes.

Titulorum numeros desumimus semper ex editione critica et, ubi haec varios numeros eidem Titulum tribuit, eos omnes transcribimus.

Post rubricas latinas Titulorum Novellarum afferimus, in primis, numerum Novellae secundum editionem criticam, deinde numerum Collationis et Tituli secundum antiquum usum ordinandi et allegandi Librum Authenticorum per Collationes et Titulos. Numerus vero Authenticorum desumendus est a Tabula ordinis comparati Authenticorum et Novellarum in fine voluminis tradita.

INDEX GENERALIS LEGUM.

Distribuimus hunc Indicem, qui partem nostri laboris constituit praecipuam, in duas partes, latinam scilicet et graecam, prout initia legum exprimat editio critica verbis latinis aut graecis.

Prima pars continet: *a*) omnes leges *latine* incipientes iuxta initia ab editione critica Corporis Iuris Civilis recepta, sive sint *paragraphi*, ut in libris Institutionum, sive *leges*, ut in Digestis et Codice, sive *capita*, ut in Novellis Iustiniani; *b*) lectiones *variantes*, initia legum afficientes, iuxta textum editionum vulgatarum, signo (*v*) a textu editionis criticae distinctas; *c*) initia *Authenticarum* Codici Iustiniani olim insertarum, iuxta textum editionis quam pararunt fratres Kriegellii et Aem. Herrmann recognovit, asterisco litterae C praeposito (*C) signata; *d*) plura *alia initia* quae, etsi non constituant vera initia legum iuxta textum et numerationem editionis criticae, allegantur, qua talia, ab antiquis auctoribus; eadem notamus litteris «in c.», i. e. in corpore legis aut Authenticae ubi talia initia inveniuntur.

Post initia legum apponimus rubricam, integram vel contractam, Tituli ad quem praeposita lex pertinet, litteris italicis seu cursivis expressam. Initium legis et rubrica Tituli perficit modum quo antiqui auctores allegabant leges iuris civilis.

Post rubricam Tituli addimus immediate recentiorem et communiorem usum hodiernum allegandi ius romanum, scilicet litteras et numeros divisionem internam operis a maiori ad minorem significantes. Ideo tradimus, in primis, *partem* Corporis Iuris Civilis ad quam lex et Titulus pertinent. Littera I. designat Institutiones; D., Digesta; C., Codicem; N., Novellas; A., Authentica. Numeri, immediate post praedictas litteras appositi, demonstrant: in *Institutionibus*, Librum, Titulum et paragraphum; in *Digestis* et in *Codice*, Librum, Titulum et legem; in *Novellis*, numerum Novellae et caput; in *Authenticis*, Collationem et Titulum.

In praedictis omnibus allegationibus numeros desumimus et transcribimus prout inveniuntur et traduntur ab editione critica.

Authenticis Codici insertis apponimus, in primis, numerum Libri, Tituli et legis Codicis ubi Authenticae insertae fuerunt; sed cum textus harum Authenticarum, prout insertus fuit Codici, omittatur ab editione critica Codicis a P. Krueger retractata, in qua proinde inveniri nequit, numeros damus iuxta editionem Codicis ab Aem. Herrmann recognitam, quae ultima est inter recentiores praedictum Authenticarum textum proprio loco in Codice referens. Plerumque tamen numeri editionis Aem. Herrmann coincidunt cum numeris editionis P. Krueger, sed, cum differunt, afferimus immediate post numerum editionis Aem. Herrmann, numerum etiam editionis criticae, uncis curvis clausum, locum indicantem quo textus Authenticae inveniretur in editione critica. Semper tamen addimus numerum Novellae, ex qua Authentica desumpta fuit, iuxta ordinem editionis criticae R. Schoell et G. Kroll, quae textum primaevum Novellae continet.

Maior difficultas apparet in assignandis numeris Collationis et Tituli Authenticorum, quia editiones plerumque discordantes numeros tradunt. Recipimus semper numeros editionis criticae; si vero haec editio numeros non tradat, recurrimus ad editiones vulgatas Lugdunensem aut Gothofredi. Novellas vero Constitutiones, originaliter vagantes extra Collationes et Titulos, collectas deinde in Collatione Decima, et postea per novem primas Collationes dispersas iuxta diversas editiones vulgatas, colligimus *omnes* in Collatione *Decima* eisque numeros proprios Titulorum, uncis tamen quadratis inclusos, tribuimus.

Praedictis omnibus numeris addimus nonnumquam vel alium numerum, virgula a praecedente separatum, qui subdivisionem demonstrat legis Digesti, Codicis vel Novellarum in paragraphos, aut subdivisiones speciales post contracta verba, ut *pf.*, *pr.*, *in c.*, *ep.*, *not.*, et cetera.

Modus breviandi rubricas Titulorum claritatem cum brevitate amice componere intendit. Plures rubricas, praesertim breviores, ex integro transcribimus; alias vero contrahimus magis vel minus iuxta singulos casus. Prima vero rubricae verba integre semper exprimimus, ut rubrica tuto possit determinari et inveniri in elencho generali Titulorum.

Nonnulla signa existentiam et gradum contractionis Titulorum denuntiant: *a*) sola virgula (,) post rubricam posita, Titulum ex integro relatum esse demonstrat; *b*) virgula posita post punctum (.,) ostendit et ultimum rubricae verbum contractum esse et rubricam ulterioribus non constare verbis; *c*) puncta duo et virgula (..,) indicant rubricam ulterioribus constare verbis et insuper verbum Tituli ultimo expressum non esse contractum; *d*) puncta tria una cum virgula (...,) significant

et verbum Tituli ultimo expressum contractum esse, *et* rubricam ulterioribus constare verbis quae brevitatis causa omittuntur.

Qui textum integrum rubricae scire cupiat ad elenchum generalem recurrat Titulorum.

Ordo aphabeticus huius Indicis generalis sequentibus determinatur criteriis: *a*) leges ordinantur primo quo incipiunt verbo; *b*) cum plures leges eodem incipiunt communi verbo: 1. si hoc primum commune verbum est *monosyllabum*, leges ordinantur inter se per *secundum* uniuscuiusque legis verbum; 2. si vero primum commune verbum est *polysyllabum*, aut in casu praecedenti, etiam secundum verbum est commune, leges ordinantur inter se iuxta ordinem alphabeti Titulorum uniuscuiusque legis; 3. si quando sint communia et initia legum et rubricae Titulorum, leges ordinantur per singulas *partes* Corporis Iuris Civilis, i. e., Institutionum, Digestorum, Codicis et Novellarum; 4. si tandem praedicta omnia elementa sint communia, ordo determinatur per numeros singularum legum.

Tertium verbum in legibus monosyllabo incipientibus, aut alterum in legibus cum initio polysyllabo, numquam ad effectum ordinis alphabeti consideratur. Exprimimus tamen aliquando tertia aut subsequentia verba ut adiutorio possint esse lectoribus in ipsis legibus determinandis. Propter speciales casus conditiones solam exceptionem admisimus in legibus quae incipiunt *A iudice.*

Alia certe criteria ordinis alphabeti statui possint, sed illa exposita adhibemus rationibus practicis, experientia saepe confirmatis. Etenim, si omnes auctores semper adducerent plura verba legum, tunc utilius esset disponere leges eodem verbo incipientes iuxta ordinem secundi, tertii vel subsequentis verbi. Attamen, auctores interdum duo, interdum unum, praecipue si polysyllabum, adducunt verbum; unde inutile esset leges ordinare per illa secunda aut tertia verba quae ab investigatore plerumque ignorantur. Econtra auctores omnes et semper adducunt primum saltem legis verbum una cum Titulo et Parte Corporis Iuris Civilis; unde facilius est legem determinare ex elementis semper notis, i. e., ex Titulo et Parte Corporis Iuris Civilis quam ex elementis incertis, ut plerumque sunt alterum et tertium quo leges incipiunt verbum.

Variantes lectiones, initia legum et alphabeti ordinem afficientes, bis aut ter in elencho, proprio loco signo (*v*) notatas, repetimus ut facilius sub initio quolibet inveniantur. Si lectio varians ipsam rubricam Tituli tangat, eandem repetimus legem iuxta ordinem Tituli variantis.

Secunda pars huius Indicis generalis continet, complementi gratia, et ordinat omnes leges quarum initia graecis verbis expressa sunt in editione critica. Titulus vero traditur graece aut latine iuxta originalem editionis criticae textum. Monere tamen oportet omnes Indicis graeci leges inveniri etiam in Indice latino legum iuxta versionem vulgatam. Cum vero editio critica graecarum legum omittat versionem vulgatam, easdem leges, illis exceptis Novellarum, signamus littera (*g*), quae sufficienter demonstrat et legem esse graecam et versionem esse vulgatam, quin addere sit necesse signum (*v*) cum detrimento claritatis. Praetermittimus semper versionem legum graecarum ab auctoribus editionis criticae in notis propositam, utpote ignotam magistris Mediae Aetatis.

INDICES LEGUM PER SINGULAS PARTES ET TITULOS

Haec tertia Indicum pars non parum auxilii et utilitatis afferre potest iis praesertim qui opera systematica antiquorum, v. gr. Summas, pervolutare, aut opera manuscripta transcribere debent.

In ea Indices distribuimus per singulas Corporis Iuris Civilis Partes: Institutiones, Digesta, Codicem et Novellas. Intra singulas partes disponimus, typis nigrioribus impressos, omnes Titulos iuxta alphabeti ordinem rubricarum, neglecta, quamvis expressa, particula «*De*» ad effectus ordinis. Titulorum rubricas tradimus integras, paucis exceptis rubricis Novellarum quae, propter earum nimiam extensionem, contractae proponuntur.

Sub unaquaque Titulorum rubrica proferimus omnes illius Tituli leges iuxta alphabeti ordinem dispositas, notata semper lege ultima a praecedente lineola et a subsequente signo «*ult*». Hoc modo omnes leges uniuscuiusque Tituli quasi sub oculis ponimus lectoris et investigatoris, aperte etiam denuntiata lege ultima quae sine initio proprio et sola denominatione «*legis ultimae*», saepe ab auctoribus allegatur.

Immediate post rubricas Titulorum damus elementa necessaria ad obtinendam allegationem legis ad placita modernorum. Ideo proferimus in primis litteram: I., D., C., aut N. singulas Partes Corporis Iuris Civilis distinguentes; deinde numeros qui Librum et Titulum indicant; et tandem, immediate post singulas leges, numerum ipsius legis apponimus, aut nonnulla, iuxta casus, adhibe-

mus signa quae locum aliquem specialem, ut *praefationem, principium, epilogum,* ubi lex invenitur, sufficienter ostendunt.

In fine operis duas tabulas addimus, quarum prima numeros Authenticorum, Collationis et Tituli docet, cognito numero Novellae; altera, vero, Collationem, Titulum et Novellam demonstrat, noto numero Authenticorum. Posset etiam addi et tertia tabula quae ex Collatione et Titulo duceret ad numeros Novellarum et Authenticorum, et certe aliqua utilitate non careret; illam tamen haud necessariam putavimus, nam Collationes et Tituli in altera tabula per numeros apparent iam ordinatae, decima Collatione excepta.

Absolvimus ita duos priores Indicum fasciculos qui propositum nostrum, faciliorem reddendi laborem utendi et consulendi doctores iuris canonici et civilis aetatis mediae, sufficienter complent. An alii Indices sintne adhuc necessarii vel utiles, experientia laboris et amicorum consilia certe docebunt.

Grati tandem animi sensus manifestamus sollertibus viris I. A. Zaldívar et E. Ayala qui huius laboris pondus magna ex parte fraterne sustinuerunt.

AUCTORES

SIGNA ET ABBREVIATIONES

A.	=	Authentica.
C.	=	Codex Iustiniani.
*C.	=	Authentica Codici Iustiniani inserta.
Coll.	=	Collatio in Authenticis.
D.	=	Digesta.
ed.	=	edictum in Novella 8.
ep.	=	epilogus Novellarum.
(*g*)	=	legem indicat cuius textum *graece* editio critica exprimit.
(*g v*)	=	ostendit legem esse *graecam* in editione critica et *variantem* constituere apud editiones vulgatas.
I.	=	Institutiones Iustiniani.
in c.	=	*in corpore,* nempe legis cuius numerus profertur.
iusiur.	=	iusiurandum in Novella 8.
N.	=	Novellae Constitutiones Iustiniani.
not.	=	*notitia* in Novella 8.
pf.	=	in Indice alphabetico legum, *praefatio* Novellarum.
[*pf*]	=	in Indice per Titulos, *praefatio* Novellarum.
pr.	=	in Indice alphabetico legum, *initium* legis in *principio,* id est, ante primum caput vel paragraphum positum.
[*pr*]	=	in Indice per Titulos, *initium* legis in *principio,* id est, ante primum caput vel paragraphum positum.
SC	=	Senatus Consultus.
scrip.	=	*scriptum* in Novella 8.
ult.	=	lex *ultima* alicuius Tituli.
(*v*)	=	indicat Titulum, legem, verba vel numeros praecedentes inveniri non apud editionem criticam sed apud editiones vulgatas; aut etiam, iuxta casus, lectiones *variantes* constituere alicuius Tituli, legis, verbi vel numeri.
[ ]	=	demonstrat numeros, verba, etc., intra eos clausa non reperiri apud editiones criticam aut vulgatas, sed a nobis, claritatis aut complementi gratia, esse adiuncta.
,	=	sola virgula post rubricam posita, Titulum ex integro relatum esse demonstrat.
.,	=	virgula post punctum posita ostendit et ultimum rubricae verbum contractum esse et rubricam ulterioribus non constare verbis.
..,	=	puncta duo et virgula indicant rubricam ulterioribus constare verbis et insuper verbum Tituli ultimo expressum non esse contractum.
...,	=	puncta tria una cum virgula significant et verbum Tituli ultimo expressum contractum esse, et rubricam ulterioribus constare verbis quae brevitatis causa omittuntur.

NOTA VERO:

— Qui textum integrum rubricae contractae scire cupiat ad Indicem generalem Titulorum recurrat.

— In quolibet Indice particula «*de*», qua maior pars incipit titulorum, negligitur semper ad effectus ordinis alphabeti. Ceterae autem particulae: *a, ad, in, ne, non, pro, si, ut,* initia titulis dantes proprium locum in alphabeti ordine servant.

MODUS CITANDI CORPUS IURIS CIVILIS

INSTITUTIONES IUSTINIANI.

Littera I. designantur. Numeri subsequentes ordinatim demonstrant Librum, Titulum et Paragraphum. Ex. gr.: I. 1. 13, 2 significat Institutiones, Librum primum, Titulum decimum tertium: *de Tutelis,* Paragraphum secundam: *Tutores autem.*

DIGESTA IUSTINIANI SEU PANDECTAE.

Littera D. designantur. Numeri subsequentes ordinatim demonstrant Librum, Titulum et Legem. Ex. gr.: D. 9. 2. 8 indicat Digesta, Librum nonum, Titulum secundum: *Ad legem Aquiliam,* Legem octavam: *Idem iuris.*

CODEX IUSTINIANI.

Littera C. designatur. Numeri subsequentes ordinatim demonstrant Librum, Titulum et Legem. Ex. gr.: C. 6. 42. 16 significat Codicem Iustiniani, Librum sextum, Titulum quadragesimum: *de Fideicommissis,* Legem decimam sextam: *Cum virum.*

NOVELLAE IUSTINIANI.

Littera N. designantur. Numeri subsequentes ordinatim demonstrant Novellam et Caput. Ex gr.: N. 22. 3 indicat Novellam vigesimam secundam: *de Nuptiis,* Caput tertium: *Nuptias.*

In Novellis additur littera A. quae designat Authentica. Numeri vero subsequentes demonstrant Collationem et Titulum. Ex gr.: A. 4. 1 indicat Authenticorum Collationem quartam, Titulum primum. Numerus tandem Authenticorum ex tabula in fine operis posita desumendus est.

AUTHENTICAE CODICI INSERTAE.

Littera *C. cum asterisco designantur. Numeri subsequentes ordinatim demonstrant Librum, Titulum et Legem Codicis ubi tales Authenticae insertae fuerunt. Additur numerus Novellae et capitis ex quo illa Authentica desumpta fuit. Ex gr. *C. 5. 9. 8, 2=N. 22. 10 significat Authenticam olim insertam Codici Iustiniani, Libro quinto, Titulo nono: *de Secundis nuptiis,* legi octavae, paragrapho secundae, quae incipit: *Nunc autem* quaeque desumpta fuit ex Novella vigesima secunda, capite decimo.

INDEX OMNIUM TITULORUM CORPORIS IURIS CIVILIS

I

INDEX TITULORUM LATINORUM

INDEX TITULORUM

— recenset omnes RUBRICAS LATINAS Titulorum Institutionum, Codicis, Digestorum et Novellarum Iustiniani *uno* alphabeti ordine dispositas iuxta editiones criticam et vulgatam;

— tradit LITTERIS ROTUNDIS seu ordinariis:

1. rubricas latinas Titulorum *Institutionum, Codicis* et *Digestorum* iuxta editionem *criticam* a P. Krueger retractatam;
2. rubricas latinas Titulorum *Novellarum*, quae versionem *vulgatam* habent in editione *critica* R. Schoell et G. Kroll;
3. rubricas latinas, signo «(*v*)» denuntiatas, Titulorum *Novellarum* quae *carent* versione *vulgata* in editione *critica*, iuxta editionem Lugdunensem anni 1562 et Gothofredi anni 1589;

— designat LITTERIS CURSIVIS seu *italicis:*

1. rubricas *vulgatas* Titulorum quae ab editione *critica* Corporis Iuris Civilis *differunt;*
2. lectiones *variantes* rubricarum Titulorum ex aliis editionibus, praeter criticam, desumptas et ab auctoribus antiquis allegatas;

— disponit RUBRICAS ET VARIANTES VULGATAS ea arte ut textus criticus possit facile distingui a textu vel variante vulgatis; quapropter:

1. refert *integre* rubricas, litteris *cursivis* expressas, quarum *initium* differt ab initio rubricae iuxta editionem criticam, ea tamen mente ut titulus inveniri possit sive quaeratur sub rubrica *critica*, sive sub rubrica *vulgata;* datur tamen semper, immediate post rubricam Tituli vulgatam, idem titulus iuxta rubricam et numerum editionis criticae;
2. exprimit *variantes vulgatas*, quae initium rubricarum non afficiunt, litteris *cursivis, signo* «(*v*=..)» praenuntiatas et uncis curvis inclusas. Ad rubricam iuxta lectionem vulgatam tunc obtinendam, sufficit ut *duo* casus advertantur:

a. si *unum* tantum verbum uncis curvis inveniatur clausum, loco verbi praecedentis, litteris rotundis traditi, legendum est verbum uncis curvis inclusum litterisque cursivis expressum, ut v. gr. in titulo: «An servus ex (*v=pro*) suo facto..», rubrica iuxta editionem *criticam* sonat: «An servus ex suo facto..»; iuxta *vulgatam* vero editionem: «*An servus pro suo facto..*»; aut in titulo: «de Auri publici prosecutoribus «*v=persecutoribus)*», rubrica est *critica:* «de Auri publici prosecutoribus», *vulgata* vero: «*de Auri publici persecutoribus*»;

b. si *plura* verba uncis curvis inveniantur clausa, in primis observandum est *primum verbum cursivum* esse semper *commune* rubricae tum criticae tum vulgatae, et, deinde, loco verborum quae rotundis litteris decurrunt a verbo *communi* usque ad initium parenthesis, legenda sunt verba uncis curvis clausa litterisque cursivis expressa, ut v. gr. in titulo: «de Agricolis et mancipiis dominicis vel fiscalibus sive rei (*v=fiscalibus rei publicae vel*) privatae», rubrica iuxta editionem *criticam* dicit: «de Agricolis et mancipiis dominicis vel fiscalibus sive rei privatae», *vulgata* vero: «*de Agricolis et mancipiis dominicis vel fiscalibus rei publicae vel privatae*»; aut in titulo: «de Collegiis et corporibus (*v=corporibus illicitis*)», rubrica est *critica:* «de Collegiis et corporibus», *vulgata* vero: «*de Collegiis et corporibus illicitis*»;

— adhibet ABBREVIATIONES, e quibus: I. significat *Institutiones;* D., *Digesta;* C., *Codicem;* N., *Novellas;* A., *Authentica.* Numeri immediate positi post I., D. et C. indicant numerum *Libri* et *Tituli* Institutionum, Digestorum aut Codicis; post N., numerum *Novellae;* post A., numerum *Collationis* et *Tituli* iuxta veterem modum denominandi et allegandi librum Novellarum Constitutionum *Authenticorum* Iustiniani. Novellae vero extra primas *novem* Collationes vagantes colliguntur, cum antiquioribus editionibus, in Collatione *Decima*, cuius titulis numeri *etiam* tribuuntur, uncis tamen quadratis clausi, utpote huius Indicis *proprii.* Cum tandem *una* rubrica Titulorum *critica* duabus rubricis respondet *vulgatis*, lex a qua incipit uniuscuiusque rubricae vulgatae numeratio, formula «a lege» indicatur *immediate* post numerum *Tituli* expressa.

A

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

S

V

II

INDEX TITULORUM GRAECORUM

Σ

Ω

καίου χρυσῶν δακτυλίων καὶ παλιγγενεσίας. καὶ ὥστε τὴν ποίησιν τῶν προικῴων συμβολαίων ἐπὶ τῶν ἀπελευθέρων γυναικῶν αὐτόθεν ἤδη καὶ τὸν γάμον νόμιμον ποιεῖν καὶ τοὺς παῖδας γνησίους. εἰ δὲ καὶ δούλη ἐτύγχανε, καὶ αὐτὴν ἐλευθέραν εἶναι τῇ ποιήσει τῆς προικὸς καὶ τὸν γάμον νόμιμον καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς γνησίους, N. 78.

Ὥστε τοὺς ἄρχοντας πεντήκοντα ἡμέρας μετὰ τὴν ἀρχὴν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις διατρίβειν, εἴτε στρατιωτικὴν εἴτε πολιτικὴν ἔχοιεν ἀρχήν, N. 95.

Ὥστε τοὺς ἰλλουστρίους ἐν τοῖς χρηματικοῖς δι' ἐντολέων πάντως λέγειν τὰς δίκας καὶ ἐπὶ τῆς iniuriarum δὲ ἐγκληματικῶς κατὰ τὸ δεδομένον αὐτοῖς προνόμιον. τοῖς δὲ λαμπροτάτοις ἐξεῖναι καὶ δι' ἑαυτῶν καὶ δι' ἐντολέων λέγειν τὰς χρηματικὰς δίκας, N. 71.

Ὥστε ὑπερτιθεμένους τοὺς ἄρχοντας ἀκούειν τῶν τοῦ προσιόντος δικαίων συνελαύνεσθαι παρὰ τῶν ἐπισκόπων τοῦτο πράττειν. καὶ ὥστε ἡνίκα τις ἐν ὑπονοίᾳ ἔχει τὸν ἄρχοντα συνακροατὴν τῆς δίκης λαβεῖν τὸν τῆς πόλεως ἐπίσκοπον. καὶ περὶ τοῦ τοὺς ἐπηρεαζομένους ὑπὸ ἄρχοντος τῷ ἐπισκόπῳ προσιέναι. καὶ περὶ ἑτέρας παραφυλακῆς ὑπὸ ἐπισκόπων ὀφειλούσης πάντως κρατύνεσθαι [παρὰ ἀρχόντων γένεσθαι], N. 86.

Ὥστε τοῦ λοιποῦ μηδεμίαν ἄδειαν ἔχειν τὸν δοῦκα ἤτοι βιοκωλύτην κατὰ Φρυγίαν ἑκατέραν καὶ Πισιδίαν παραγίνεσθαι ἤ τινας τῶν αὐτοῖς προσηκόντων στέλλειν καὶ συνέχειν τινάς, ἀλλὰ μηδὲ τοὺς τῶν αὐτῶν ἐπαρχιῶν ἀπιέναι πρὸς τοὺς τὰς τοιαύτας ἀρχὰς ἔχοντας ἐπί τε Λυκαονίᾳ καὶ Λυδίᾳ καί τινας παρ' αὐτοῖς ὑπὸ μέμψιν ποιεῖσθαι, τῶν πολιτικῶν ἀρχόντων ἱκανῶν καθεστώτων ταῖς ἀναφυομέναις ὑποθέσεσιν ἐπεξιέναι, N. 145.

INDEX OMNIUM LEGUM CORPORIS IURIS CIVILIS ALPHABETI ORDINE DIGESTUS

I

INDEX LEGUM LATINE INCIPIENTIUM

INDEX ALPHABETICUS LEGUM recenset:

—INITIA LATINA LEGUM totius Corporis Iuris Civilis, idest *Institutionum, Digestorum, Codicis* et *Novellarum* Iustiniani, iuxta editionem criticam et vulgatam, *uno* alphabeti ordine ita disposita ut initia, iuxta editiones *vulgatas*, signo «(*v*)» postposito distinguantur ab initiis iuxta editionem criticam. Initia legum, quae ex varia *ortographia* diversum obtinent ordinem alphabeti, traduntur bis aut ter iuxta eorum alphabeti ordinem, aut ab uno ad alium remittuntur scribendi modum;

—INITIA AUTHENTICARUM CODICI a glossatoribus insertarum, iuxta editionem Aem. Herrmann, quae ultima prodiit inter recentiores *cum textu* Authenticarum Codicis. Haec initia notantur signo * litterae C. (=*Codex*) praeposito;

—RUBRICAS LATINAS TITULORUM, integras aut contractas, ad quos singulae pertinent leges, Institutionum, Digestorum et Codicis, iuxta editionem *criticam* a P. Krueger retractatam; si vero agatur de rubrica Tituli iuxta editionem *vulgatam* apud veteres auctores frequenter allegata, quae valde differat a rubrica editionis criticae, ut v. gr. rubrica «*de regulis iuris*» (D. 50. 17), aut «*de servili cognatione*» (I. 3. 7), datur initium legis tum sub rubrica critica, tum sub rubrica vulgata Tituli, postposito semper, hoc in ultimo casu, signo «(*v*)», quod rubricam esse *vulgatam* indubie dicit. Rubricae vero Novellarum adducuntur iuxta versionem *vulgatam* editionis *criticae* R Schoell et G. Kroll, aut, cum rubrica vulgata desideratur in editione critica, iuxta editionem *Lugdunensem* anni 1562 aut vulgatam *Gothofredi* anni 1589;

—PARTEM CORPORIS CIVILIS ad quam pertinent leges et tituli adducti: *Institutiones* (I.), *Digesta* (D.), *Codicem* (C.), *Novellas* (N.). Authenticae Codici insertae tribuuntur, in primis, *Codici* in quo leges, prout sonant, inveniuntur, *et*, deinde, *Novellis* unde leges authenticae proveniunt. Novellae, quae apud editiones *vulgatas* nomen etiam recipiebant *Authenticorum*, duplici ab Indice nomine designantur: *Novellarum* (N.) prout allegantur a modernis, *et Authenticorum* (A.), prout allegabantur ab antiquis;

—NUMERUM LIBRI, TITULI ET LEGIS, ita ut numeri *immediate post* I. positi indicent ordinatum numerum *Libri, Tituli* et *paragraphi* Institutionum; numeri post D. et C., numerum *Libri, Tituli* et *legis* (aliquando additur etiam numerus paragraphi) Digestorum et Codicis; numeri post N., numerum *Novellae* et *capitis;* numeri post A., numerum *Collationis* et *Tituli*. Initia, quae stricte non respondent principio legis, designantur numero legis, paragraphi, principii etc., *in cuius corpore* inveniuntur, hac de causa litteris «in c.», idest «in corpore» notata. In *Novellis*, initia quae ad capita, proprie dicta, editionis criticae non pertinent, distinguuntur iuxta partes et denominationem ab ipsa editione critica determinatas; ideo, immediate post numerum Novellae apponitur locus ubi initium invenitur relatum, scilicet in *praefatione* (=pf.), in *epilogo* (=ep.), in *notitia* (=not.), in *iureiurando* (=iusiur.) etc. In *Institutionibus* vero, cum initia inveniuntur in principio Tituli ante primam paragraphum, apponitur, immediate post numerum Libri et Tituli, litterae «pr.» quae designant initium legis quaerendum esse in *principio* Tituli ante paragraphum primam.

Omnes numeri, illi etiam inter uncos retenti curvos, dantur iuxta ordinationem editionis criticae, *exceptis:*

1. *numeris Authenticarum Codicis*, qui, cum eorum textus *desideretur* in editione critica, dantur iuxta editionem *Aem. Herrmann*, inter recentiores ultimam quae *textum* Authenticarum *in corpore* Codicis refert, sed numeri editionis criticae, cum discrepant ab editione Herrmann, indicantur inter uncos curvos clausi; numeri vero Novellarum, qui ipsa Authentica designant, dantur iuxta editionem criticam, ubi primaevus Authenticae textus inveniri potest;
2. *numeris Authenticorum*, in versione vulgata editionis criticae Novellarum numeris carentium, qui dantur iuxta editiones *vulgatas;*
3. *numeris Titulorum Collationis decimae*, qui, utpote nostri Indicis *proprii*, uncis quadratis inclusi exhibentur;

—ABBREVIATIONES ET SIGNA, e quibus:

1. litterae: «I.» significat: *Institutiones;* «D.», *Digesta;* «C.», *Codicem;* «N.», *Novellas;* «A.», *Authentica;*
2. abbreviationes: «ed.» indicat *edictum;* «ep.», *epilogum;* «in c.», *in corpore;* «iusiur.», *iusiurandum;* «not.», *notitiam;* «pf.», *praefationem;* «pr.», *principium;* «scrip.», *scriptum;*
3. signum «(*v*)» designat initium legis, Titulum aut numerum *ante signum* positum, iuxta editiones *vulgatas* aut lectiones *variantes* expressum esse.

MODUS UTENDI INDICE AD LEGES CORPORIS CIVILIS MODO MODERNO PROFERENDAS. Opera manuscripta aut edita praebere solent *rubricam Tituli* et *initium legis* Institutionum, Digestorum, Codicis aut Novellarum. Quaere igitur in Indice, iuxta alphabeti ordinem, *initium legis*, quo invento, invenies, immediate post illud, *rubricam Tituli* et *modum modernum allegandi* legem. Si in Indice *plures* invenias leges *idem* habentes initium, quaere *rubricam Tituli* iuxta quas illae leges ordinatae sunt, et *ex Titulo* identitatem legis, quam quaeris, concludes, et modum citandi legem, ibidem appositum, invenies. Si non tantum plures leges, sed insuper *plures* inveniantur *Tituli eiusdem* rubricae, identitatem Tituli ac, proinde legis, deducere potes ex litteris I., D., C., N., quae partem Corporis Iuris: Institutiones, Digesta, Codicem aut Novellas designant.

Si vero *initium* legis, quod tu quaeris, non inveniatur in Indice iuxta recensionem criticam aut vulgatam, conclude illud initium, prout ab auctore antiquo traditur, *non respondere* numeris et divisionibus editionis criticae aut vulgatae; ideo quaerendum *directe* erit apud ipsam editionem Corporis Iuris Civilis.

Si tandem *rubrica Tituli*, prout ab auctore antiquo traditur, non inveniatur in Indice, recurre ad «Indicem omnium Titulorum Corporis Iuris Civilis» supra pag. 1-24 traditum, ubi facile invenies rubricam *criticam* sub qua Titulus desideratus in hoc Indice invenitur.

A

B

C

Corpora[2]—de *cadaveribus punitorum,* D. 48. 24. 3.
Corporales—de *rebus incorporalibus,* I. 2. 2, 1.
Corporatos—de *Alexandriae primatibus,* C. 11. 29(28). 1.
Corrumpitur—de *servo corrupto,* D. 11. 3. 15.
Corruptionem—de *usu fructu..,* C. 3. 33. 16.
Cotem ferro—de *publicanis et vect.,* D. 39. 4. 11.

Credendum—*qui petant tutores..,* D. 26. 6. 4.
Credentes—de *haereticis..,* *C. 1. 5. 4 in c.=Frid. 2,8.
Creditor[1]—de *actione pigneraticia,* C. 4. 24. 3.
Creditor[2]—de *actione pigneraticia,* C. 4. 24. 7.
Creditor —de *actionibus empti..,* D. 19. 1. 52.
Creditor —de *appellationibus..,* D. 49. 1. 28.
Creditor[1]—de *distractione pignorum,* C. 8. 27(28). 2.
Creditor[2]—de *distractione pignorum,* C. 8. 27(28). 4.
Creditor[1]—de *distractione pignorum et hypothecarum,* D. 20. 5. 1.
Creditor[2]—de *distractione pignorum et hypothecarum,* D. 20. 5. 13.
Creditor —de *diversis temp. praescr...,* D. 44. 3. 12.
Creditor —de *diversis regulis iuris..,* D. 50. 17. 158.
Creditor —de *donationibus inter virum..,* C.5.16.20.
Creditor —de *duobus reis stipul...,* C. 8. 39(40). 1(2).
Creditor —de *legatis,* C. 6. 37. 16.
Creditor —de *liberatione legata..,* D. 34. 3. 31.
Creditor —*mandati vel contra,* D. 17. 1. 60.
Creditor[1]—de *pigneraticia actione..,* D. 13. 7. 15.
Creditor[2]—de *pigneraticia actione..,* D. 13. 7. 42.
Creditor —de *pignoribus,* C. 8. 13(14). 20.
Creditor —de *pignoribus et hypoth...,* D. 20. 1. 23.
Creditor —*quae res pignori..,* D. 20. 3. 5.
Creditor[1]—*qui potiores in pign. vel hyp...,* D. 20. 4. 3.
Creditor[2]—*qui potiores in pign. vel hyp...,* D. 20.4.12.
Creditor —*quibus modis re contr...,* I. 3. 14, 4.
Creditor[1]—de *rebus creditis..,* D. 12. 1. 25.
Creditor[2]—de *rebus creditis..,* D. 12. 1. 28.
Creditor —de *regulis iuris* (v), D. 50. 17. 158.
Creditor —de *sacrosanctis ecclesiis et de rebus et privilegiis..,* *C. 1. 2. 14 in c.=N.7.5=N.120.11.
Creditor —de *solutionibus et liberat.,* D. 46. 3. 102.
Creditor —de *usuris,* C. 4. 32. 7.
Creditor —de *verborum significatione,* D. 50. 16. 55.
Creditore—de *iureiurando sive volunt...,* D. 12. 2. 42.
Creditore—de *rebus auct. iudicis..,* D. 42. 5. 14.
Creditorem—de *legatis..* (2°), D. 31. [1]. 85.
Creditorem—*qui dare tutores..,* C. 5. 34. 8.
Creditorem—de *SC Macedoniano,* D. 14. 6. 18.
Creditorem (*v*)—de *solutionibus et liberat.,* D. 46. 3. 99.
Creditores—de *actionibus hereditatis,* C. 4. 16. 7.
Creditores—*ad leg. Iuliam de vi priv.,* D. 48. 7. 7.
Creditores—de *pignoribus,* C. 8. 13(14). 3.
Creditores—de *verborum significatione,* D. 50. 16. 10.
Creditori—de *cessione bonorum,* D. 42. 3. 1.
Creditori—de *fideiussoribus et mand.,* C. 8. 40(41). 2.
Creditori—de *furtis,* D. 47. 2. 88(87).
Creditori—de *legatis..* (3°), D. 32. [1]. 24.
Creditori—de *operis novi nuntiatione,* D. 39. 1. 9.
Creditori—de *pactis,* C. 2. 3. 5.
Creditoribus—*an servus ex suo..,* C. 4. 14. 2.
Creditoribus—de *separationibus,* D. 42. 6. 4.
Creditoris—de *condictione indebiti,* C. 4. 5. 8.
Creditoris—de *distractione pignorum..,* D. 20. 5. 8.
Creditoris—de *furtis,* D. 47. 2. 15.
Creditorum—de *verborum significatione,* D.50.16.11.
Creditricem—de *remissione pignoris,* C. 8. 25(26). 7.
Cretionum—de *iure deliberandi..,* C. 6. 30. 17.
Crimen[1]—*ad leg. Iuliam de adult...,* C. 9. 9. 2.
Crimen[2]—*ad leg. Iuliam de adult...,* C. 9. 9. 11.
Crimen —*ad leg. Iuliam de vi publica..,* C. 9. 12. 9.
Crimen —de *infantibus expositis,* N. 153 pf.= A. 10. [55].
Crimen —de *poenis,* D. 48. 19. 26.
Criminales—*ut intra certum..,* C. 9. 44. 3.
Criminis—*qui accusare..,* C. 9. 1. 15.

Cruenta—de *gladiatoribus..,* C. 11. 44(43). 1.
Cubicularios—de *praepositis sacri cub..,* C. 12. 5. 3.

Cui res—de *actionibus empti..,* D. 19. 1. 29.
Cui dens—de *aedilicio edicto..,* D. 21. 1. 11.
Cui per fundum—de *aqua cottidiana..,* D. 43. 20. 8.
Cui[1] fuerit—de *condicionibus et demonstrationibus et causis et modis eorum..,* D. 35. 1. 15.
Cui[2] fundus—de *condicionibus et demonstrationibus et causis et modis eorum..,* D. 35. 1. 56.
Cui ius est—de *diversis regulis iuris..,* D. 50. 17. 163.
Cui relictum—de *indicta viduitate et de lege Iulia Miscella tollenda,* *C. 6. 40. 2=N. 22. 43-44.
Cui iurisdictio—de *iurisdictione,* D. 2. 1. 2.
Cui quae Romae—de *legatis..* (3°), D. 32. [1]. 84.
Cui necessitas—de *liberali causa,* D. 40. 12. 39.
Cui muneris—de *muneribus..,* D. 50. 4. 12.
Cui[1] bonis—de *novationibus..,* D. 46. 2. 3.
Cui[2] recte—de *novationibus..,* D. 46. 2. 10.
Cui similis—de *obligationibus quae quasi ex delicto nascuntur,* I. 4. 5, 1 in c.
Cui opus—de *operis novi nunt.,* D. 39. 1. 22.
Cui consequens—de *peculio,* D. 15. 1. 18.
Cui eorum—de *postulando,* D. 3. 1. 3.
Cui ius est—de *regulis iuris* (v), D. 50. 17. 163.
Cui pacto—de *servis exportandis..,* D. 18. 7. 5.
Cui servus—*si quis omissa causa..,* D. 29. 4. 25.
Cui vinum—de *tritico..,* D. 33. 6. 6.
Cui usus—de *usu et habitatione,* D. 7. 8. 2.
Cui usus fructus—de *usu et usu fructu..,* D.33.2.30.
Cui usus fructus—de *usu fructu et quemadmodum quis utatur fruatur,* D. 7. 1. 67.
Cui praecipua—de *verborum significatione,* D. 50. 16. 57.
Cuicumque—de *institoria actione,* D. 14. 3. 5.
Cuidam—de *naturalibus liberis..,* C. 5. 27. 12.
Cuilibet—de *locis et itineribus..,* D. 43. 7. 1.
Cuilibet—de *operis novi nunt.,* D. 9. 1. 11.
Cuius bonis—de *curatoribus furioso..,* D. 27. 10. 9.
Cuius[1] per—de *diversis regulis iuris..,* D. 50. 17. 53.
Cuius[2] effectus—de *diversis regulis iuris antiqui,* D. 50. 17. 148.
Cuius interfuit—de *furtis,* D. 47. 2. 10.
Cuius rescripti—de *his, qui sui..,* I. 1. 8, 2 in c.
Cuius[1] per—de *regulis iuris* (v), D. 50. 17. 53.
Cuius[2] effectus—de *regulis iuris* (v), D. 50. 17. 148.
Cuius aedificium—de *servitutibus praediorum urbanorum,* D. 8. 2. 24.
Cuiuscumque—de *fugitivis colonis..,* C. 11. 64(63). 3.
Cuiuscumque—de *usu fructu et quemadmodum quis utatur fruatur,* D. 7. 1. 60.
Cuiusque—*ad leg. Iuliam maiest.,* D. 48. 4. 4.
Culpa[1] est—de *diversis regulis iuris..,* D. 50. 17. 36.
Culpa[2] caret—de *diversis regulis iuris..,* D. 50. 17. 50.
Culpa similis—de *maleficis..,* C. 9. 18. 8.

Cum a nobis—de *dilationibus,* C. 3. 11. 5.
Cum a te pecuniam—de *dolo malo,* D. 4. 3. 25.
Cum a socero—de *iure dotium,* C. 5. 12. 7.
Cum a matre—de *rei vindicatione,* C. 3. 32. 14.
Cum a praefecto—de *postulando,* C. 2. 6. 1.
Cum a matribus—*qui petant tutores..,* C. 5. 31. 8.
Cum a pluribus—de *servitute legata,* D. 33. 3. 7.
Cum a te vi—*de vi et de vi armata,* D. 43. 16. 7.
Cum ab eo—de *contrahenda emptione..,* D. 18. 1. 41.
Cum ab uno herede—de *legatis..* (2°), D. 31. [1]. 53.
Cum ab initio—*testamenta quemad...,* D. 29. 3. 4.
Cum absenti—de *requirendis,* C. 9. 40. 1.
Cum acutissimi—de *fideicommissis,* C. 6. 42. 30.
Cum ad eas—*ad SC Velleianum,* C. 4. 29. 19.
Cum ad quamlibet—de *conditis in publ...,* C.10.26.2.
Cum ad munus—*iniuncti muneris..,* C. 11. 38(37). 1.
Cum ad prima (*v*)—de *praetore Lycaoniae,* N. 25 pf.=A. 10. [5].
Cum ad felicissimam—de *quibus muneribus vel praestationibus nemini liceat..,* C. 10. 49(48). 2.

D

Dotalem fundum—de *testamento militis,* D.29.1.16.
Dote praelegata (*v*)—de *dote praelegata,* D. 33. 4. 5.
Dote relegata—de *dote praelegata,* D. 33. 4. 5.
Dote propter—de *ritu nuptiarum,* D. 23. 2. 61.
Dotem—de *castrensi peculio,* D. 49. 17. 16.
Dotem quam—de *collatione bonorum,* D. 37. 6. 6.
Dotem numeratio—de *dote cauta et..,* C. 5. 15. 1.
Dotem [1] quae—de *iure dotium,* D. 23. 3. 30.
Dotem [2] a patre—de *iure dotium,* D. 23. 3. 35.
Dotem voluntate—*soluto matrimonio..,* D. 24. 3. 37.
Dotes autem—de *nuptiis,* N. 22. 39=A. 4. 1.
Dotis quidem—de *collationibus,* C. 6. 20. 5.
Dotis [1] causa—de *iure dotium,* D. 23. 3. 1.
Dotis [2] appellatio—de *iure dotium,* D. 23. 3. 3.
Dotis [3] fructum—de *iure dotium,* D. 23. 3. 7.
Dotis [4] promissio—de *iure dotium,* D. 23. 3. 68.
Dotis tuae—de *iure dotium,* C. 5. 12. 9.
Dotis causa (*v*)—*soluto matrimonio..,* D. 24. 3. 1.
Dotis actione—*soluto matrimonio..,* C. 5. 18. 9.
Dotium causa—*soluto matrimonio..,* D. 24. 3. 1.

Duae filiae—*pro dote,* D. 41. 9. 3.
Dubitari—de *novationibus..,* D. 46. 2. 34.
Dubitatum—de *incestis et nef. nupt.,* N. 12. 4=A.2.6.
Dubium—*quando libellus..,* C. 1. 20. 1.
Dubium—de *repudiis..,* C. 5. 17. 3.
Dubium—*soluto matrimonio..,* C. 5. 18. 1.
Ducenarii—de *exactionibus..,* C. 10. 19. 1.
Duces limitum—de *officio iud. milit.,* C. 1. 46. 4.
Dudum—de *contrahenda emptione,* C. 4. 38. 14.
Dudum—de *immensis d o n a t i o n i b u s in filios,* N. 92 pf.=A. 7. 3.
Dudum—*ut determinatus sit numerus clericorum sanctissimae maioris ecclesiae..,* N. 3 pf.=A. 1. 3.
Dudum—*ut exactione instante dotis primae et secundae viro ad secunda vota..,* N. 91 pf.=A. 7. 5.
Dum apud—de *liberis et postumis..,* D. 28. 2. 31.
Dum deliberant—de *curatoribus furioso..,* D.27.10.3.
Dum in re—de *solutionibus et liberat.,* D. 46. 3. 2.
Dum reipublicae—*u t D e i amantissimi episcopi..,* N. 149 pf.=A. 10. [51]. Const. Iustini, 4.
Dum reis—de *poenis,* C. 9. 47. 18.
Dum tamen—de *rerum divisione,* I. 2. 1, 1 in c.
Dum venter—*ut in possessionem legatorum vel fideicommissorum servandorum causa..,* D.36.4.7.
Dummodo—de *procuratoribus et def.,* D. 3. 3. 2.
Duo fratres—de *adquirenda vel om. her.,* D.29.2.78.
Duo rei—de *duobus reis const.,* D. 45. 2. 4.
Duo pluresve—de *duobus reis stipul...,* I.3.16,pr. in c.
Duo socii—de *heredibus instituendis,* D. 28. 5. 8.
Duo tutores—de *magistratibus conv.,* D. 27. 8. 5.
Duo filii—de *manumissionibus,* D. 40. 1. 7.
Duo igitur—de *nuptiis,* N. 22. 1=A. 4. 1.
Duo secundum—de *praescriptis verbis..,* D. 19. 5. 23.
Duo in solidum—de *precario,* D. 43. 26. 19.
Duo societatem—*pro socio,* D. 17. 2. 71.
Duo [1] iudices—de *re iudicata..,* D. 42. 1. 28.
Duo [2] ex tribus—de *re iudicata..,* D. 42. 1. 39.
Duo heredes (*v*)—*si quis omissa causa..,* D. 29. 4. 18.
Duo sunt—de *testamentaria tut.,* D. 26. 2. 30.
Duobus diversis—de *exceptione rei iud.,* D. 44. 2. 19.
Duobus reis (*v*)—de *iureiurando sive voluntario sive necessario sive iudiciali,* D. 12. 2. 28.
Duobus—de *legatis..* (1°), D. 30. [1]. 85.
Duobus—de *liberali causa,* D. 40. 12. 30.
Duobus—de *testamentaria tut.,* D. 26. 2. 25.
Duobus—de *verborum significatione,* D. 50. 16. 237.
Duorum praediorum—*communia praediorum tam urbanorum quam rusticorum,* D. 8. 4. 3.
Duorum autem—de *nuptiis,* I. 1. 10, 4.
Duorum libertus—de *operis libertorum,* D. 38. 1. 49.
Duos mater—de *condicionibus et..,* D. 35. 1. 70.
Duos reos—de *duobus reis const.,* D. 45. 2. 6.
Duos tabularios—de *susceptoribus praepositis et arcariis,* C. 10. 72(70). 13.
Duos separatim—de *usu et usu fructu..,* D. 33. 2. 14.
Duplex ratio—de *fide et iure..,* C. 10. 3. 2.
Duumvirum—de *decurionibus..,* C. 10. 32(31). 53.
Duxit quidam—de *consanguineis..,* N. 84 pf., 1=A. 6. 12.

E

E contra si—de *repudiis..,* *C. 5. 17. 5=N. 22. 19.
E re est—de *rebus creditis..,* D. 12. 1. 1.
E vicesimo—de *erogatione militaris..,* C.12.37(38).2.
Ea quidem—de *accusationibus..,* C. 9. 2. 7.
Ea quae [1] magis—*ad municipalem..,* D. 50. 1. 26.
Ea quae [2] desponsa—*ad municipalem..,* D. 50. 1. 32.
Ea quae per—de *adluvionibus..,* C. 7. 41. 3.
Ea quae civiliter—de *adquirendo..,* D. 41. 1. 53.
Ea vero quae—de *alienatione..,* N. 120. 7 in c.=A.9.3.
Ea quae—de *causis ex quibus inf...,* C. 2. 11(12). 13.
Ea demum—de *collationibus,* C. 6. 20. 6.
Ea quae causa—*comminationes epistulas..,* C.7.57.3.
Ea quidem—de *commodato,* C. 4. 23. 1.
Ea enim—*communia de legatis et fideicommissis et de in rem missione..,* *C.6.43.3, in c.=N.39.1.
Ea quae per—de *condictione indebiti,* C. 4. 5. 4.
Ea lege—de *condictione ob causam..,* C. 4. 6. 3.
Ea quae—de *contrahenda emptione..,* D. 18. 1. 43.
Ea quae—de *dispositione quattuor administrationum Armeniae,* N. 31 pf.=A. 10. [11].
Ea [1] quae—de *diversis regulis iuris..,* D. 50. 17. 64.
Ea [2] est—de *diversis regulis iuris..,* D. 50. 17. 65.
Ea [3] sola—de *diversis regulis iuris..,* D. 50. 17. 97.
Ea [4] quae—de *diversis regulis iuris..,* D. 50. 17. 135.
Ea [5] quae—de *diversis regulis iuris..,* D. 50. 17. 192.
Ea quae—de *donationibus a. nuptias..,* C. 5. 3. 5.
Ea quae a marito—de *donationibus inter virum et uxorem,* D. 24. 1. 57.
Ea quae—de *errore advocatorum..,* C. 2. 9(10). 1.
Ea quae—*familiae erciscundae,* C. 3. 36. 6.
Ea quae—de *his qui notantur infamia,* D. 3. 2. 18.
Ea quoque—de *legatis,* I. 2. 20, 7.
Ea tamen—de *legatis..* (3°), D. 32. [1]. 46.
Ea lege—*locati conducti,* D. 19. 2. 51.
Ea quidem—*neque virum quod ex dote est neque mulierem ex sponsalicia..,* N. 98 pf.=A. 8. 1.
Ea demum (*v*)—de *operis libertorum,* D. 38. 1. 38.
Ea igitur—de *pigneraticia actione..,* D. 13. 7. 14.
Ea quae—de *precario,* D. 43. 26. 20.
Ea res—*pro legato,* D. 41. 8. 5.
Ea vero—*pro socio,* D. 17. 2. 3.
Ea quae—*quomodo et quando iudex..,* C. 7. 43. 7.
Ea [1] quae—de *regulis iuris* (v), D. 50. 17. 64.
Ea [2] est natura—de *regulis iuris* (v), D. 50. 17. 65.
Ea [3] sola—de *regulis iuris* (v), D. 50. 17. 97.
Ea [4] quae dari—de *regulis iuris* (v), D. 50. 17. 135.
Ea [5] quae in—de *regulis iuris* (v), D. 50. 17. 192.
Ea lege—de *rerum permutatione..,* C. 4. 64. 8.
Ea condicione—d e *r e s c i n d e n d a venditione,* C. 4. 44. 14.
Ea quae (*v*)—de *restitutione militum..,* C.2.50(51).7.
Ea tamen—de *sacrosanctis ecclesiis et de rebus et privilegiis..,* *C. 1. 2. 14 in c.=N. 7. 3.=N. 120. 6.
Ea quidem—*si mancipium ita fuerit..,* C. 4. 57. 5.
Ea quae—de *temporibus in int. rest...,* C.2.52(53).5.
Ea quae a te (*v*)—*ubi causa status..,* C. 3. 22. 1.
Ea quae—*ut nullus fabricet..,* N. 67 pf.=A. 5. 17.

Eadem poena—de *episcopali audientia et de diversis capitulis..,* *C. 1. 4. 28 in c.=N. 115. 3.
Eadem poena—de *episcopis et clericis et orphanotrophis..,* *C. 1. 3. 49(48) in c.=N. 115. 3.
Eadem oratione—de *feriis et dilat...,* D. 2. 12. 2.
Eadem observari—de *fideicommissariis hereditatibus,* I. 2. 23, 12 in c.
Eadem nihilominus—de *haereticis et manichaeis et samaritis,* *C. 1. 5. 4 in c.=Frid. 2. 7.
Eadem haec—de *hereditatibus quae..,* I. 3. 1, 12.

Et ideo–*locati conducti,* D. 19. 2. 23.
Et ideo–de *officio iudicis,* I. 4. 17, 1.
Et ideo–de *officio proconsulis..,* D. 1. 16. 8.
Et ideo–de *operis novi nuntiatione,* D. 39. 1. 6.
Et ideo (*v*)–de *peculio,* D. 15. 1. 45.
Et ideo tua–de *privilegiis archiep..,* N. 11, 4=A. 10. [1].
Et ideo–*pro socio,* D. 17. 2. 26.
Et ideo[1]–de *procuratoribus et def.,* D. 3. 3. 7.
Et ideo[2]–de *procuratoribus et def.,* D. 3.3. 78.
Et ideo–*quod falso tutore..,* D. 27. 6. 8.
Et ideo–*si servitus vindicetur..,* D. 8. 5. 5.
Et ideo–de *usucapionibus et longi..,* I. 2. 6, pr. in c.
Et ideo[1]–de *verborum obligationibus,* D. 45. 1. 15.
Et ideo[2]–de *verborum obligationibus,* D. 45. 1. 44.
Et illud–de *nuptiis,* N. 22. 47, 1=A. 4. 1.
Et illud–*quomodo oporteat episc...,* N. 6. 2.=A. 1. 6.
Et illud–*ut nulli iudicum liceat..,* N.134.8=A.9.9.

Et in legatis–*ad legem Falcidiam,* C. 6. 50. 4.
Et in privatis–*ad SC Turpillianum..,* D. 48. 16. 3.
